Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26101
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut uideret quo uocaret ea. et quem adduxerit ds ad ada

Videamus igitur quid isto opere susceperimus. non secundum prefigurationem rerum futurarum sed secundum rerum gestarum non allegoricam sed propriam significationem quemadmodum hec accipi possint. Et sicut ds in principio adhuc de terra omnes bestias agri et omnia uolatilia celi. uni iam quisque et quantum usus est disseruimus. et adduxerit ea omnia ad adam. ne carnalitem sapiamus adiuuare nos debet quod de biptato opere diuine potentie in libro superiore tractauimus. Neque enim sicut indagantur atque uiuiunguntur uenantes et aucupantes ad retia quecumque animantia capiunt. ita hoc factum est edendum est. aut uox aliqua iussionis de nube facta sit ea sibi que rationales anime audientes intelligere atque obedire assolent. Non enim hoc accepimus ut possent bestie et aues. in suo tamen genere obtemperant deo. non rationali uoluntatis arbitrio. sed sicut mouet ille omnia temporibus opportunis. non ipse temporaliter motu pangelica ministeria quae capiunt in nubo ei quae tempore fieri debent. et illo non temporaliter moto mouentur ipsa temporaliter ut in his quae sibi subiecta sibi iussa ei efficiant. Omnis enim anima uiua non solum rationalis sicut in hominibus uerum et irrationalis sicut in pecoribus et uolatilibus et piscibus uisis mouetur. sed anima rationalis uoluntatis arbitrio et sentiendi uisis non sentiendi. irrationalis autem non habet hoc iudicium. pro suo tempore genere atque natura uisu aliquo tacta appetitum. nec in potestate ullius animae est. que illi uisa uenerant siue insensus corporis. siue in ipsum spiritum intimus. quibus uisis appetitus mouetur cum libertate animatus. ac si cum ea uisa pangelos obedientia desuper ministrantes puerit iussio dei non solum ad homines. nec solum ad aues et pecora. uerum et ad ea quae in aquis latent sicut ad cetum quem deglutiuit ionam. nec solum ad ista maiora uerum et ad uermiculum. nam et huic legimus diuinum iussum ut radicem cucurbitae roderet sub cuius umbraculo ypocrita requiebat. Si enim homini donauit ds sic eum instruens ut et carnem peccatum portans possit non solum pecora et iumenta suis usibus subdita. nec tantum domesticas aues sed et libere uolitantes. quas libet et seuas feras capere et mansuefacere et eas mirabiliter impare potentia rationis non corporis. cum earum appetitus et dolores captans paulatim illectando